



katkomp.


53381

I

Mag. St. Dr.

P

Itzakowski Tauritius: Quæstio de materia
prima.



D. O. M. A.
QVÆSTIO
^{DE}
MATERIA PRIMA.

^{ſ n}
Alma Academia Cracoui-
ensi,

^A
M. LAVRENTIO STRZEŽOWSKI in ca-
dem Academ: Professore Publicè ad dispu-
tandum.

PROPOSITA.
INLECTORI O DD. THEOLOGORVM.

Anno Dñi 1644. Die II Mensis Febr. Hora 15.

PERMISSVM MAGNIFICI D. RECTORIS.

CRACOVIAE.

In Officinā Valeriani Piatkowskī.

Bz. 1.8

In Stemma Acad. Cracou.



53.381

Dic age? Cur sceptris Academia clara duobus,
Inq; crucem positis Crux sibi Vita, Salus.

IOANNES KRASINSKI CAST.
CLECH, STVD, RHET.



Magnifico & Admodum Reverendo
DOMINO RECTORI
Patribus Amplissimis,
ADMODVM REVERENDIS ET
DOCTISSIMIS COLLEGII
MAIORIS PROFESSO-
RIBVS,

Dominis & Patronis suis.



Onstantis nec illaudatus, apud
Romanos gentium Dominos, ex
bello redeuntes usus inoleuerat;
ut si que spolia ex debellatis ho-
stibus reportarent, ea Dijs offer-
rent, dedicarentq;: ac eorum
templis affigicurarent, quos sibi
pre ceteris, tum colendos, ado-
randosq; voto destinassent. Hac enim ratione se, et
Deorum auxiliatrices manus redonare, et spolijs ad
omnem posteritatem fixis, virtutis sue nunquam inter-
moriturum monumentum, erigere opinati sunt. Qua
illorum tam laudabili consuetudine excitatus, sic in
animo meo preponui, ut quicquid labore, studio, vigilijs,
in certamine Philosophico, his retroactis annis, asse-
qui potuerim; hęc ad vestre dignitatis ac humanitatis

adoratam mihi semper magnitudinem, veluti ad tem-
plum quoddam suscenderem, ut et preceptorum curam,
laboremq; hac quantumuis leui opella remunerarer:
quorum vel amplissimum præmium est, si non sine fructu
hic se impendiſſe intelligant: et filiali licentia apud Pa-
tres hęc tanquam spolia studiorum meorum ostentare.
Quamvis autem conscius tenuitatis ingenij mei, trepi-
darem semper ad vestri nominis, et autoritatis splen-
dorem, vicit tamen vel metum hunc, vel verecundiam
meam, vestra insignis bonitas et humanitas, mihiq; a-
nimum fecit tentandi, quod ante me plurimi felici suc-
cessu, vestro fauore ac patrocinio adiuti tentarunt.
Vestro itaq; fauore, quem toties expertus sum erectorus,
Conclusiones has de more florentissimę Vniuersitatis
noſtre ordinatas, filius Patribus, Discipulus Prece-
ptoribus, Cliens Patronis, libens volensq; preſento.
Res fateor parua eſt: at res exiles et parue vestri pa-
trocinij, et gratię luce ſplendidiffima colluſtratę ampli-
tudinem iustum, et pretium habiture ſunt. Quo ve-
stro patrocinio ſubmiſſe inuocato, Deum Opt. Max.
omnium conſeruatorem humiliter precor, ut vos diu,
felicissimę Ecclesię, Reipublicę, literis/ et Academias
feruet incolumes.

Mag. et Adm R. D. VV.

Cliens deuotissimus

M. LAVRENTIUS STRZEZOWSKI.

2VA-

em-
am,
er:
uctu
Pa-
ré.
epi-
len-
iam
; a-
uc-
nt.
us,
tis
ce-
az
olis
ve-
ix.
u,
ue
us
ki.
k-

Q VÆ S T I O

DE

M A T E R I A P R I M A

V. Materia prima quæ est pura potentia, possit esse principium Subiectuum immediatum, tam formarum Substantialium, quam Accidentalium, ita ut ad rationem essentialem totius Physici, eiusq; constitutionem individuam pertineat, necne?

C O N C L U S I O I.

Materia est pura potentia, & principium subiectuum immediatum formarum, quæ quidem potentia est de genere Substantiæ.

C O R O L L A R I A.

1. Materia prima instar optimæ matris, recipit formam tanquam prolem, illamq; sive suo fons est atq; conseruat, propter quam causam à Platone & alijs Philosophis nutrix, mater, & receptaculum formæ nuncupatur.

2. Materia prima nec potest cognosci secundum suam naturam & essentiam, nisi per habitudinem ad formam in communi, nec existere sine forma, à qua perficitur.

3. Materia nec actum Entitatum, quem astruit Schola Scotifica potest admittere.

4. Materia est essentialiter potentia. Sive potentia est de essentia Materiæ.

5. Materia prima etiam per virtutem supra naturalem, absq; forma non potest existere.

C O N C L U S I O II.

Materia est omnium formarum Substantialium

um Subiectum perse primum, non median-
te aliqua quantitate, quæ vulgo interminata
dicitur.

C O R O L L A R I A.

1. Non solum in his inferioribus & corrupti-
bilibus, verum etiam in superioribus & in corrupti-
bilibus (intelligo Orbes cælestes) materia inuenitur:
2. Materia cælestium & superiorum, est di-
uersæ rationis à materia inferiorum & caduca-
rum rerum.
3. Materiarerum inferiorum, est in potentia ad
omnes formas naturales, siue fuerint Substantiales,
siue accidentariae corporeæ.
4. Intelligentiae siue Angeli carent omni matri-
teria, quia sunt puri & simplices actus.
5. Materia prima nullo pacto potest esse, alicu-
ius accidentis immediatum Subiectum.

C O N C L U S F O III.

Materia est pars quidditatiua rerum natura-
lium, & principium individuationis.

C O R O L L A R I A.

1. Ad Philosophum Naturalem non spectat
agere

agere de materia, ut est pars Entis: sed ut est subiectum transmutationum naturalium.

2. Materia spectata non ut prima, sed ut huius formæ, est pars quidditatis rei naturalis.

3. Materia est principium individuationis, non ut huius formæ simpliciter & absolute, sed ut appropriate, existentialiter huius formæ, mediantibus omnibus ad hoc requisitis.

4. Requisita ad individuationem sunt, quantitas fundamentalis, in materia respectus unitius communis cum forma, unio, agens, & alia eiusmodi.

5. Vbicunque nec materia, nec requisita ad individuationem reperiuntur, illic etiam frustra natura requiritur apta individuari, & numerica unitas.

SVB FELICIBVS AYSPICII

Magnifici et Admodum Reverendi Domini
D. I A C O B I V I T E L L I S.
Theol. Professoris, ad S. Florian. Canonici, Almæ
Universitatis Studij Cracoviensis

R E C T O R I S

Vigilantiss.



ANNO 8: 72.

b-
21
u-
on
ro
us
ti-
us
di.
di-
ra
as.
—
. .
nae
111

2

Biblioteka Jagiellońska



stdr0025882

